

fol. 92¹ p. 47 biliter expetebant, quam eis et ipse affectuose promiserat.

1183 6. Aug. Profecturus ergo in die beati Nicolai celebravit mane ante lucem, non quidem sua voluntate, ~~sed~~ meo necnon et fratris Amalungi errore, qui me a sompno excitaverat, cum putaret disscere. Peracta missa valefaciens omnibus et tamquam ultimum valedicens profectus est primo in Lünevic, deinde per Kynov¹ et per Moraviam in Cunitz. Ubi commotus paucis diebus consolatus exilium fratrum suorum et sororum. Unde mox progressus Jarossensi et Bernicensi ecclesiis, filiabus suis, gratiam suę visitationis similiter impendit. Deinde revertendo domum divertit in Betov² ad nobiles quosdam, qui ei magnam honorem impendebant, cuius presentiam diu desideraverant. Divertit etiam ad episcopum Olomucensem nomine Pelegrium, qui tunc morabatur circa marchionem Moravię Cunradum, qui et Otto dicebatur, consecraturus eidem ecclesiam in villa, que vocatur Dassye.³ Hic sanctum virum tamquam angelum Dei excipientes et optime tractantes infirmitati eius debitis fomentis subvenire gestiebant, ~~sed~~ ille nullomodo acquiescebat. Cui ambo principes dudum ei noti, dudum devoti extiterant, magis autem marchio, qui ubi copiam sui habere potuit, ex eius ore verbum vite libenter audivit. Similiter et in Boemia quotquot erant duces, episcopi, barones in tempore suo, magnam eum colebant reverentia, ut ei quoque recte appetitur, quod de quolibet iusto legitur: Glorificavit eum Dominus in conspectu regum *Eccli.*

barones

1) Jetzt Cheinoro, ~~war~~ vñ. Jabor; als Chynoro als Gounzbrög
gegen Moissau genannt (Bezt. der Künig in Böhmen, Register).

2) Voettau ~~war~~ Lutzen ou der Hage.

3) Verpflegt ~~war~~ Voettau ou der Hage.